Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google

Digitized by Google



IOSEPHVS
ROMANORVM IMPERATOR
SEMPER AVGVSTVS.
Amore et Timore.

Digitized by Google

CORPUS
JURIS CIVILIS,
FEUDALIS ET CANONICI
TITULARE,

Quô

OMNES triplicis iſtius Juris TITULI

Adjectâ

Mnemonica Rubricarum

PANDECTARUM & CODICIS

in uſum eorum,

Qui

RUBRICAS Juris & Generalia ejus CAPITA

ſibi reddere familiaria cupiun[t]

exhibentur,

CUM PRÆFATIONE

BERNHARDI KLEPPERBEINII,

Advoc. Immatr.

De

Neceſſariâ Summorum Juris Principiorum Notitiâ

atque hinc utiliſſimâ Rubricarum Cognitione.

LIPSIÆ,

Impenſis FRIDERICI GROSCHUFFII,

Anno 1706.

INAE·BIBL

Digitized by Google

3

PRÆFATIO AD LECTOREM
DE
Neceſſariâ Summorum Juris principiorum notitia, atque hinc utiliſſimâ Rubricarum cognitione.

LECTORI BENEVOLO
S. & O.

CUm naturali ordine omnia à parvis initiis ad altiora aſſurgant incrementa, & ab imô fundô ſumma capiant faſtigia, non malè faciunt ſanè illi, qui naturam, optimam ducem, in diſciplinis quoque tradendis diſcendisve ſequuntur. In paucas lineas, pagellasque exiguas conjicienda ſunt ampli operis, atque copioſæ ſcientiæ fundamenta, ſi quis felici ſucceſſu ad complectendam aliquando ingeniô prolixam diſciplinæ amplitudinem aſpiret. Idea nimirum futuri laboris imaginanda & proponenda eſt animo, antequam ipſum opus aggrediamur. Neque enim ea mortalibus contigit ingenii

capacitas, ut univerſa cum ſingulis ſtatim apprehendamus, aut totum ſimul cum ſuis partibus unô obtutu capiamus. Quis Jurisprudentiam civilem in centenos aliquot titulos diſtinctam, & ſpatioſiſſimis comprehenſam Syſtematum voluminibus rectè imbibet, ſi ſingulas ejus materias ſpecialiſſimè propoſitas, unô ferè impetu haurire animô velit? Non capiunt humani anguſtiæ ingenii tantam jurium latitudinem. Neceſſarium itaque eſt, ut ſumma primum capita ſaltem delibemus, ex quorum naturâ atque indole de universâ diſciplinâ judicare, & ad ſpecialiorum facilius pervenire intelligentiam valeamus. Creſcet hâc ratione paulatim in mente ſcientia, & ſenſim ſe latius expandet. Architecti eorum, quæ magnifica cernimus palatia, urbiumque decora, exiguam prius effigiem manu docili in chartâ ſignant. Nec ut auderet artifex tantum opus inchoare, ullus unquam dominus erat permiſſurus, niſi operis olim ſplendidiſſimi ſummas lineas in tabulâ parvâ anteà vidiſſet. Pari modô Jurisprudentiæ prima rudimenta breviter ab initiô delineanda ſunt, ut totius ſtudii jam ante habeamus perfectam imaginem, quàm penitiora ejus rimemur. Ita certiores, ita ſoli-

ſolidiores adipiſcemur profectus, nec quicquam in progreſſu facilè obveniet, quod celeritatem intelligendi moretur. Quod ſi verò, ut eſt quibusdam mos, irruamus ſtatim in adyta, priusquam frontiſpicia nobis cognita reddiderimus, evenit, ut, ubi rerum ſimus, ipſi ignoremus, & nec reditum, nec progreſſum, nec exitum inveniamus. Quâ de cauſa & quomodo in hanc vel illam juris materiam, ſive ea jus perſonarum, ſive reale, ſive perſonale, inter vivos negotia vel mortis cauſa, aut etiam ipſum proceſſum concernat, delapſi ſimus, quæ deinceps ſequantur, quis tandem futurus rei finis, nos planè latet. Citius primordii obliti ſumus, quàm mediam diſciplinæ partem poſt ſemeſtre ſpatium, aut etiam aliquando annum expectandam, attigerimus. Quod ſi tandem ultimum addiderimus, & ſerò quidem addiderimus, colophonem, vix recordabimur amplius, qualem ingreſſi fuerimus viam, aut qualem diſciplinam tractaverimus. Nam de naturâ quidem ejus & indole universâ ex tot innumeris quæſtionibus & dubiis, atque ſpecialiſſimis materiis & exemplis nihil intelligimus. Quis enim tam felici ſit memoriâ, qui non primorum diu obliviſcatur,

antequam ad media, ne dicam ad ultima perveniat? uti Bockelmann. *in Præfat. Compend. Inſtit.* conqueritur. Nimirum dum unâ vice omnia diſcimus, nihil diſcimus, tantum & id diſcere velis, quantum & quod potes ſcire, jam olim Seneca de Virtut. Cardin. prudenter monuit: Satius foret incipientibus pauca diſcere, & perfectè eadem tenere, atque ſolidè intelligere, quàm multa diſcere, & parùm tenere, parumque eadem intelligere. Sed de iis, Lector benevole, loquimur, qui tyrocinia & rudimenta deponunt. Tu, qui Veteranus es, hæc monita nullô damnô poteris contemnere. Atque illa ipſa fuit Juſtiniani, Legiſlatoris ſapientiſſimi, ſententia. Ita enim tradi poſſe jura commodiſſimè ſtatuit, ſi primò levi ac ſimplici viâ, poſt deinde diligentiſſimâ & exactiſſimâ interpretatione tradantur. Quid hoc aliud eſt? quam eſſe ante omnia ideam aliquam univerſalem Juris civilis animo imprimendam, & deinde demum eam per ſingulas materias ſpecialiſſimè & exactiſſimè interpretandam & diffuſius deducendam. Adjungit prudentiſſimus Imperator rationem: quoniam alioqui, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi multitudi-

titudine ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magnô labore, ſæpè etiam cum diffidentiâ ſerius ad id perducemus, ad quod, leviore viâ ductus ſine magnô labore, & ſine ullâ diffidentiâ maturius perduci potuiſſet. Nam ab univerſalibus principiis ad ſpeciales ſubſumtiones & concluſiones facilius eſt deſcendere, quam à ſpecialibus aſcendere ad generalia, quippe cum ex univerſali principio jam manifeſtò rerum ſingularium natura appareat, ſed ex unô atque alterô ſingulari nondum ſatis tutò licebit argumentari ad univerſale. Et quamvis in diſciplinis inveniendis fiat progreſſus à particularibus ad generalia, tamen in diſciplinis docendis, quæ jam inventæ ſunt, progrediendum eſt à generalibus ad particularia. Cui opinioni, qui contrarietur, vix ullus erit, cum tot compendiorum autores, qui & ipſi tamen locupletiſſima deinde in adultiorum utilitatem ediderunt ſyſtemata, ipsô factô eidem adſtipulentur. Plurimi verò multum ad intelligendam facilè indolem jurisprudentiæ & conceptum generalem, eumque ſolidum ſibi formandum facere, ordinem quendam & connexionem omnium

juris partium congruam putârunt. Hâc enim ratione memoria firmius retinet naturaliter connexa, & intellectus eadem ex mutuâ convenientiâ vel diſconvenientiâ aptius dignoſcit. Id quod alii tabulis effecerunt, alii continuâ tentârunt oratione, ita tamen, ut alii brevius, alii plenius id egerint: breviſſimè quoad Inſtitutiones, Digeſta & Codicem Schmuckius in Synopſi Univerſi Juris Civilis & Johann. Otto Tabor in Schemate Jurisprudentiæ: ſpeciatim quoad inſtitutiones, Noricus in tabulis, quæ præmiſſæ ſunt editioni Vinnii Noricianæ: item Bockelmannus in Methodô Inſtitutionum: plenius Johannes Fehen in Synopſi juris, Schilterus in Elementis, Fuchſius in ſuis tabulis & Myhlius in Nucleo: quoad Pandectas compendioſiſſimè Biccius in Tabulis Collegii Juridici Argentoratenſis Enucleati, uberius Myhlius in Nucleo ff. & Cujacius in ſuis paratitlis. Sequuntur verò iſti autores ordinem Juſtinianeum: ſed Chriſtophorus Hain à Löwenthal in Idea Juris, & Struvius in Jurisprudentia Romano-Germanicâ, pariterque Vultejus in Jurisprudentia Romanâ, ejusque ſecutus Methodum Henricus Schævius in Jurisprudentiæ Romanæ Ideâ ab iſta methodô ſeceſſionem

ſionem magnâ ex parte fecêrunt. Et foret, niſi fallor, fortè omninò abeundum à methodô legali & authenticâ, ſi jura in convenientem aliquam cohærentiam redigere placeret. Uti enim Methodus Inſtitutionum quoad ſumma Jurisprudentiæ capita, ſecundum Rennemanni elogium in programm. Erffurtenſ. Ao. 1652. quod Jurisprudentiæ Roman. præfixit, ſatis eſt idonea & recta, dum in illis natura Jurisprudentiæ per finem, definitionem, methodum, principia univerſalia & objectum generale prius exponitur, deinde per objectum ſpeciale jus perſonarum, rerum, atque ultimò locô modus jura iſta in judiciis perſequendi per actiones explicatur, titulos tamen malè cohærere & maximè paragraphos nullô certô nexu jungi, in apricô eſt. Et cum inutilia ibi & aliena contineantur multa, & quæ non dicam hodiè, ſed ne ipsô quidem Juſtinianô imperante, in ipſis rerum argumentis ullam obtinuerunt autoritatem, non deſunt, qui utiliora, imo valdè neceſſaria iſtis inanibus ſubſtitui optaverint. Planè in Pandectis & libri & tituli non niſi maximè reluctantes, & obtortô collô in ordinem, qualis eſt, & quandam conſpirationem rediguntur. Fin-


IOSEPHVS
ROMANORVM IMPERATOR
SEMPER AVGVSTVS.
Amore et Timore

CORPUS
JURIS CIVILIS,
FEUDALIS ET CANONICI
TITULARE,

Quô

OMNES triplicis iſtius Juris TITULI

Adjectâ

Mnemonica Rubricarum

PANDECTARUM & CODICIS

in uſum eorum,

Qui

RUBRICAS Juris & Generalia ejus CAPITA
ſibi reddere familiaria cupiun
exhibentur,

CUM PRÆFATIONE

BERNHARDI KLEPPERBEINII,
Advoc. Immatr.

De

Neceſſariâ Summorum Juris Principiorum Notitiâ
atque hinc utiliſſimâ Rubricarum Cognitione.

LIPSIÆ,
Impenſis FRIDERICI GROSCHUFFII,
Anno 1706.

...TINAE · BIBL...

PRÆFATIO AD LECTOREM
DE
Neceſſariâ Summorum Juris principiorum notitia, atque hinc utiliſſimâ Rubricarum cognitione.

LECTORI BENEVOLO
S. & O.

CUm naturali ordine omnia à parvis initiis ad altiora aſſurgant incrementa, & ab imô fundô ſumma capiant faſtigia, non malè faciunt ſanè illi, qui naturam, optimam ducem, in diſciplinis quoque tradendis diſcendisve ſequuntur. In paucas lineas, pagellasque exiguas conjicienda ſunt ampli operis, atque copioſæ ſcientiæ fundamenta, ſi quis felici ſucceſſu ad complectendam aliquando ingeniô prolixam diſciplinæ amplitudinem aſpiret. Idea nimirum futuri laboris imaginanda & proponenda eſt animo, antequam ipſum opus aggrediamur. Neque enim ea mortalibus contigit ingenii

capacitas, ut univerſa cum ſingulis ſtatim apprehendamus, aut totum ſimul cum ſuis partibus unô obtutu capiamus. Quis Jurisprudentiam civilem in centenos aliquot titulos diſtinctam, & ſpatioſiſſimis comprehenſam Syſtematum voluminibus rectè imbibet, ſi ſingulas ejus materias ſpecialiſſimè propoſitas, unô ferè impetu haurire animô velit? Non capiunt humani anguſtiæ ingenii tantam jurium latitudinem. Neceſſarium itaque eſt, ut ſumma primum capita ſaltem delibemus, ex quorum naturâ atque indole de universâ diſciplinâ judicare, & ad ſpecialiorum facilius pervenire intelligentiam valeamus. Creſcet hâc ratione paulatim in mente ſcientia, & ſenſim ſe latius expandet. Architecti eorum, quæ magnifica cernimus palatia, urbiumque decora, exiguam prius effigiem manu docili in chartâ ſignant. Nec ut auderet artifex tantum opus inchoare, ullus unquam dominus erat permiſſurus, niſi operis olim ſplendidiſſimi ſummas lineas in tabulâ parvâ anteà vidiſſet. Pari modô Jurisprudentiæ prima rudimenta breviter ab initiô delineanda ſunt, ut totius ſtudii jam ante habeamus perfectam imaginem, quàm penitiora ejus rimemur. Ita certiores, ita ſoli-

ſolidiores adipiſcemur profectus, nec quicquam in progreſſu facilè obveniet, quod celeritatem intelligendi moretur. Quod ſi verò, ut eſt quibusdam mos, irruamus ſtatim in adyta, priusquam frontiſpicia nobis cognita reddiderimus, evenit, ut, ubi rerum ſimus, ipſi ignoremus, & nec reditum, nec progreſſum, nec exitum inveniamus. Quâ de cauſa & quomodo in hanc vel illam juris materiam, ſive ea jus perſonarum, ſive reale, ſive perſonale, inter vivos negotia vel mortis cauſa, aut etiam ipſum proceſſum concernat, delapſi ſimus, quæ deinceps ſequantur, quis tandem futurus rei finis, nos planè latet. Citius primordii obliti ſumus, quàm mediam diſciplinæ partem poſt ſemeſtre ſpatium, aut etiam aliquando annum expectandam, attigerimus. Quod ſi tandem ultimum addiderimus, & ſerò quidem addiderimus, colophonem, vix recordabimur amplius, qualem ingreſſi fuerimus viam, aut qualem diſciplinam tractaverimus. Nam de naturâ quidem ejus & indole universâ ex tot innumeris quæſtionibus & dubiis, atque ſpecialiſſimis materiis & exemplis nihil intelligimus. Quis enim tam felici ſit memoriâ, qui non primorum diu obliviſcatur,

antequam ad media, ne dicam ad ultima perveniat? uti Bockelmann. *in Præfat. Compend. Inſtit.* conqueritur. Nimirum dum unâ vice omnia diſcimus, nihil diſcimus, tantum & id diſcere velis, quantum & quod potes ſcire, jam olim Seneca de Virtut. Cardin. prudenter monuit: Satius foret incipientibus pauca diſcere, & perfectè eadem tenere, atque ſolidè intelligere, quàm multa diſcere, & parùm tenere, parumque eadem intelligere. Sed de iis, Lector benevole, loquimur, qui tyrocinia & rudimenta deponunt. Tu, qui Veteranus es, hæc monita nullô damnô poteris contemnere. Atque illa ipſa fuit Juſtiniani, Legislatoris ſapientiſſimi, ſententia. Ita enim tradi poſſe jura commodiſſimè ſtatuit, ſi primò levi ac ſimplici viâ, poſt deinde diligentiſſimâ & exactiſſimâ interpretatione tradantur. Quid hoc aliud eſt? quam eſſe ante omnia ideam aliquam univerſalem Juris civilis animo imprimendam, & deinde demum eam per ſingulas materias ſpecialiſſimè & exactiſſimè interpretandam & diffuſius deducendam. Adjungit prudentiſſimus Imperator rationem: quoniam alioqui, ſi ſtatim ab initio rudem adhuc & infirmum animum ſtudioſi multitudi-

titudine ac varietate rerum oneraverimus, duorum alterum, aut deſertorem ſtudiorum efficiemus, aut cum magnô labore, ſæpè etiam cum diffidentiâ ſerius ad id perducemus, ad quod, leviore viâ ductus ſine magnô labore, & ſine ullâ diffidentiâ maturius perduci potuiſſet. Nam ab univerſalibus principiis ad ſpeciales ſubſumtiones & concluſiones facilius eſt deſcendere, quam à ſpecialibus aſcendere ad generalia, quippe cum ex univerſali principio jam manifeſtò rerum ſingularium natura appareat, ſed ex unô atque alterô ſingulari nondum ſatis tutò licebit argumentari ad univerſale. Et quamvis in diſciplinis inveniendis fiat progreſſus à particularibus ad generalia, tamen in diſciplinis docendis, quæ jam inventæ ſunt, progrediendum eſt à generalibus ad particularia. Cui opinioni, qui contrarietur, vix ullus erit, cum tot compendiorum autores, qui & ipſi tamen locupletiſſima deinde in adultiorum utilitatem ediderunt ſyſtemata, ipsô factô eidem adſtipulentur. Plurimi verò multum ad intelligendam facilè indolem jurisprudentiæ & conceptum generalem, eumque ſolidum ſibi formandum facere, ordinem quendam & connexionem omnium

juris partium congruam putârunt. Hâc enim ratione memoria firmius retinet naturaliter connexa, & intellectus eadem ex mutuâ convenientiâ vel diſconvenientiâ aptius dignoſcit. Id quod alii tabulis effecerunt, alii continuâ tentârunt oratione, ita tamen, ut alii brevius, alii plenius id egerint: breviſſimè quoad Inſtitutiones, Digeſta & Codicem Schmuckius in Synopſi Univerſi Juris Civilis & Johann. Otto Tabor in Schemate Jurisprudentiæ: ſpeciatim quoad inſtitutiones, Noricus in tabulis, quæ præmiſſæ ſunt editioni Vinnii Noricianæ: item Bockelmannus in Methodô Inſtitutionum: plenius Johannes Fehen in Synopſi juris, Schilterus in Elementis, Fuchſius in ſuis tabulis & Myhlius in Nucleo: quoad Pandectas compendioſiſſimè Biccius in Tabulis Collegii Juridici Argentoratenſis Enucleati, uberius Myhlius in Nucleo ff. & Cujacius in ſuis paratitlis. Sequuntur verò iſti autores ordinem Juſtinianeum: ſed Chriſtophorus Hain à Löwenthal in Idea Juris, & Struvius in Jurisprudentia Romano-Germanicâ, pariterque Vultejus in Jurisprudentia Romanâ, ejusque ſecutus Methodum Henricus Schævius in Jurisprudentiæ Romanæ Ideâ ab iſta methodô ſeceſ-

ſionem

ſionem magnâ ex parte fecêrunt. Et foret, niſi fallor, fortè omninò abeundum à methodô legali & authenticâ, ſi jura in convenientem aliquam cohærentiam redigere placeret. Uti enim Methodus Inſtitutionum quoad ſumma Jurisprudentiæ capita, ſecundum Rennemanni elogium in programm. Erffurtenſ. Ao. 1652. quod Jurisprudentiæ Roman. præfixit, ſatis eſt idonea & recta, dum in illis natura Jurisprudentiæ per finem, definitionem, methodum, principia univerſalia & objectum generale prius exponitur, deinde per objectum ſpeciale jus perſonarum, rerum, atque ultimô locô modus jura iſta in judiciis perſequendi per actiones explicatur, titulos tamen malè cohærere & maximè paragraphos nullô certô nexu jungi, in apricô eſt. Et cum inutilia ibi & aliena contineantur multa, & quæ non dicam hodiè, ſed ne ipsô quidem Juſtinianô imperante, in ipſis rerum argumentis ullam obtinuerunt autoritatem, non deſunt, qui utiliora, imò valdè neceſſaria iſtis inanibus ſubſtitui optaverint. Planè in Pandectis & libri & tituli non niſi maximè reluctantes, & obtortô collô in ordinem, qualis eſt, & quandam conſpirationem rediguntur. Fin-

gendus tamen eſt, non credendus, aliquis nexus, ut memoria noſtra paululum juvetur, exiguo quamvis intellectus fructu. Sanè Juſtinianus, Victorioſiſſimus Princeps, æternam laudem meretur, quod confuſas leges Romanas, in aliquam conſonantiam, magnis quidem ſumtibus, cum tot in hunc finem miniſtri per plures annos eſſent alendi, compoſuit, nondum tamen ideò omnem poſteris induſtriæ & ſolertiæ materiam abſumſit, aut libertatem præripuit. Neque enim adeò perpolitam perfectamque nobis artem reliquit Cæſar, ut non multa in illa clarius, multa brevius, plenius, diſtinctius, melius tradi queant, ſunt verba Bockelm. *in Præf. Compend. Inſtit.* Si datur votis venia, & ſpero, dabitur, multum nobis videbatur profuturum, ſi primò omnes libri Juris eſſent ejusdem ordinis, dein, non niſi duo, vel tria Volumina, & denique ſi juſtâ & genuinâ connexione ſingula cohærerent: ad quod procul dubio collimavit autor magni operis, cui titulus: *Les Loix en leur ordre naturel.* Secundum reſpexit Biccius, ſed plures interpoſuit gradus in Præfat. Rer. quotidian. ubi Juris ſtudioſo 1) Inſtitutiones & Locameri Annotationes, 2) Res ſuas quotidianas, 3)

Nu-

Nucleum ſuum Collegii Argentoratenſis, & 4) ipſum Collegium Meieri commendavit. Primum autem votum in Volumine Decretalium Pontifices adimplerunt, qui unam ſeriem ſingulorum librorum per omnes Decretalium partes obſervari curârunt; ut v.g. titulum de Appellationibus eodem locò in ſextô & Clementinis poſitum deprehendas, quô in primâ Decretalium parte collocatus eſt. In jure verò civili hæc longè aliter ſe habent. Nam in Inſtitutis quidem jus perſonarum & Tutelarum librô I proponitur: Aſt in Pandectis fruſtrà illud integrum vel in libro primo, vel in primâ parte quæſiveris. In Codice pariter in alias ſedes iſtæ materiæ migrârunt. Novellas autem nullus ordo connectit, niſi ferè fortuitus. Quæ confuſio, cum nos etiamnum vexet, & tamen idea quædam juris & ſuperficiaria cognitio incipientibus ſummoperè neceſſaria judicetur, turbare autem veteres cancellos, & cum aliis, quorum quisque ſuam methodum tanquam optimam laudaverit, ea propter altercari, non omnibus ingeniis, quorum indoles eſt aliquantò pacatior, datum ſit, & præterea decorum exiſtimetur jurisperito titulos & rubricas ita familiariter noſſe, ut abs-

que indice earum ſedes inveſtigare poſſit, commodius aliquibus viſum, ſequi interim, ne alioquin labor duplex ſecundum Bockelmanni effatum graviorque reddatur, ordinem legalem, & ex ipſorum titulorum cognitione ſummariam quandam deſumere jurisprudentiæ intelligentiam; cum non ſit operæ pretium, laborem labori addere, & moleſtiâ moleſtiam cumulare, maxime cum ab homine privatô, nova partitio & titulorum digeſtio, licet ingenioſiſſimè excogitata, ejus non ſit autoritatis, ut neceſſitatem cognoſcendi ordinem Juſtinianeum abrogare valeat, Meier. in programmat. Ao.1615. quod in atrio Collegii Jurid. Argentoratenſis impreſſum legitur. Verſare tamen manu ingentem ipſius corporis Juris molem, nimis videtur moleſtum, & diverſis in partibus, & voluminibus diſtinctis contueri titulos, nimis operoſum eſt. Commodius ergò erit omnes Juris rubricas unâ ſerie compendiosè junctas poſſe perlegere. Quo fine vir honeſtiſſimus, Dn. Fridericus Groſchuffius, typis publicis ſolos Juris tam Civilis quam Feudalis & Canonici titulos excudi curavit, ut, ſi cui libeat eosdem ſibi reddere familiares, libellum hunc, absque majoris

mo-

molis moleſtiâ, ſecum ferre, terere & volvere, atque crebrâ perluſtratione tum generalem quandam juris ideam ſibi concipere, tum etiam ſedes titulorum animo tandem poſſit infigere. Antequam tamen cohærentiam Titulorum aliquis percurrat, qui non ſemper juſtô & accuratô nexu, ut ſuprà monuimus, conjunguntur, Ideam aliquam totius jurisprudentiæ, ne planè hoſpes & imperitus omnind iſtam viam ſalebroſam ingrediatur, animô concipere prius debet, ut ex tempore ſtatim intelligat, quorſum ſinguli tituli reſpiciant, & ad quod pertineant Juris capitulum. Cui rei breviſſimæ Tabulæ, quæ Vinnianæ Inſtitutionum Editioni ut antè commemoravimus præmiſſæ ſunt, vel ſimiles aliæ, apprimè inſerviunt. Nihil tamen hôc quidem in genere magis me unquam delectavit, quam Schilteriana Generum Juridicorum Tabula, quam ex ipſius JCti Excellentiſſimi Elementis ſubjiciendam exiſtimavi. Scilicet actiones civium, perſonæ & res in Jure conſiderantur non ſubſtantialiter, ſed ſub certis à legislatore impoſitis notionibus & qualitatibus. Itaque Summum rerum Juridicarum Genus, ſecundum Dn. Schilterum, erit Qualitas.

Qua-

Qualitas

- Naturalis
- Moralis
  - Potentia
    - Mera, ſine obligatione circa res meræ facultatis
    - Mixta cum obligatione faciendi, dicitur poteſtas, officium, Jus
      - Circa perſonas
        - Familiæ
        - Civitatis
      - Circa res
        - In re ipſa obligatâ,
          - Univerſali
            - Indeterminatâ,
              - Hereditas, B. poſſeſſio, Alode.
            - Determinatâ,
              - Legitima, dos, peculium, territorium, Gerada, ſtatutaria, Feudum.
          - Singulari
            - Suâ
              - Dominium & poſſeſſio
            - Alienâ
              - Servitus, Pignus, poſſeſſio.
        - Ad rem à debitore præſtandam, obligatio perſonalis.
  - Impotentia, neceſſitas, obligatio,

Ex hac igitur Tabulâ, ejusdemque neceſſariâ ex-

extenſione & amplificatione, vel ex ſimili compendiô & Epitome, amator Jurisprudentiæ ſibi Ideam univerſaliſſimam ante omnia formabit, & ſi plus temporis laborisque huic rei, ſanè maximoperè neceſſariæ, impendere velit, Definitiones & Diviſiones generales reddet ſibi familiares: ſine his enim nemo in ſolidam alicujus diſciplinæ cognitionem penetrabit. Et has ipſas unà cum rationibus & axiomatibus ſub nomine principiorum Juris potiſſimum intelligimus. Sed cum circa Definitiones diſcordes valdè ſint autorum diverſorum formulæ, tentavi concordes verborum conceptiones hâc quidem in re ſequi, an feliciter ſatis, haud ſcio. Progreſſus verò, quô à Generalibus deſcendimus ad Inferiora, talis eſt:

Jus pro attributô perſonæ, ſeu Qualitate ſumtum, eſt facultas aliquid agendi vel habendi circa perſonas vel res: hinc eſt Jus

Perſonarum, ſc. jus circa Perſonas ex ſtatu obligatas.

Status eſt qualitas, quæ hominem facit participem jurium alicujus ſocietatis.

Libertas eſt ſtatus, qui facit ho-

 mi-

minem participem jurium ſocietatis gentium.

Civitas, eſt ſtatus, qui facit hominem participem jurium ſocietatis civilis.

Familia eſt ſtatus, qui facit hominem participem jurium ſocietatis familiaris.

Rerum, jus circa res: idque vel Jus

Reale, jus rerum in ipſa re immediatè, cujus ſpecies

Dominium, jus reale habendi, vel, ſi mavis, quô habeo in re corporali proprietatem.

Servitus, jus reale habendi in re aliena commoditatem.

Hereditas, jus reale habendi in rebus defuncti univerſis ſucceſſionem.

Hypotheca, jus reale habendi in re debitoris oppignoratâ ſecuritatem.

Poſſeſſio, eſt jus reale habendi in re vacuâ apprehensâ detentionem.

Perſonale, jus rerum ad rem petendam à perſonâ ex promiſſione vel delictô ſuô obligatâ. Cum

Cum verò juris perſonalis fundamentum conſiſtat majori ex parte in contractibus & delictis, exempli locô quasdam ſaltem Definitiones contractuum realium uniformes ſubjiciam:

Contractus Realis eſt Contractus verus, quô *traditur* res, ut *reſtituatur*. Hinc

Mutuum eſt Contractus Realis, quô *traditur* res fungibilis ad uſum gratuitum, ut *reſtituatur* in genere, & eâdem bonitate, finitô uſu.

Commodatum eſt Contractus Realis, quô *traditur* res qualiscunque ad uſum gratuitum certum, ut *reſtituatur* in ſpecie, finitô uſu.

Depoſitum eſt Contractus Realis, quô *traditur* res qualiscunque ad cuſtodiam gratuitam, ut *reſtituatur* in ſpecie, quandocunque libuerit deponenti.

Pignus eſt Contractus Realis, quô *traditur* res debitoris oppignorata, ad ſecuritatem crediti, ut *reſtituatur* in ſpecie, ſolutô debitô.

Eundem in modum reliquæ rerum Juridicarum definitiones poſſunt concipi, atque iſtô pactô, ni fallor, animi diſcentium facillimè

aliquâ Ideâ Jurisprudentiæ univerſali & ſolidâ imbuentur. Quâ perceptâ & animo impreſsâ, non erit inutile ſtatim ad titulorum Juris cognitionem facere progreſſum, atque ex iſtis rerum ſpecialiorum ſibi depromere aliquam notitiam generalem. Sed quâ viâ, quâ arte hic utemur? In ſolis enim Inſtitutis à Lauterbachiô p. 1 & 2 numerantur 99 tituli, in ff. 433 & ſecundum Serpilii computationem in Codice reperiuntur 758, ut Novellas, libros Feudales, & Juris Canonici rubricas taceamus. Quis tot inſcriptiones memoriâ poterit ſemper continere, aut ſi contineri poſſint, quâ arte poterunt ſine tædiô & difficili operâ apprehendi, aut etiam, ſi apprehenſi ſint, evolvi, cum ſeries earum male cohæreat? Alii aliam, quô faciliorem evolvendis, qui ſine numeris citari conſueverunt, titulis viam ſternerent, inierunt rationem. De Inſtitutis non loquar. Eorum connexio ſatis apta eſt, & totius compendii tanta brevitas, ut nonniſi ignaviſſimus de titulorum addiſcendâ connexione poſſit conqueri. Pandectæ verò ſunt prolixiores, ut & Codex. Itaque juvandæ memoriæ causâ, alii naturalem & eſſentialem quendam ſingulorum librorum & titulorum indagârunt nexum, quod fe-

fecit Godofredus in ſerie ff. & Weſenb. in paratitlis, Cujacius in iisdem, Struvius in Syntagmate Juris Civilis, Schragius in Introductione ad ff. & alii aliis in Compendiis & Syſtematibus. Sed connexio eſt valdè ſæpè contorta & coacta. Quod cum animadverterent alii, vel planè neglexerunt cohærentiæ ſolicitudinem, quod Lauterbachius in ſuo compendio fecit, & Dn. Schœpferus, vel conati ſunt aliam connexionum rationem invenire. Verſus memoriales in auxilium vocavit Buckſilberus. Ipſe olim tentavi ff. titulos ſententiis qualibuscunque connectere: & libri quidem primi rubricæ ferè hanc exhibuêrunt ſententiam:

Juſtitia	Tit. 1. De Juſtitia & Jure
Originem habet ex	2. De Origine Juris
Legibus &	3. De LL. SCtis & long. conſvetud.
Conſtitutionibus Principum, qui aſſignant	4. De Conſtit. PP.
Statum hominibus, ut ſint	5. De Statu hominum.
Sui vel alieni Juris, & confirmant	6. De his, qui ſunt ſui vel alieni juris.
Adoptiones & Emancipationes, dividuntq;	7. De Adoption. & Emancipationibus.

Res, & tribuunt Officia Magiſtratibus.	Tit. 8. De rerum diviſione. 9 - 22. agunt de Magiſtratuum Roman. officiis.

Reliquos ff. libros eôdem modô delineavi, ſed cum & iſta contortè fierent, nec procederent ubivis aptè, hoc inſtitutum repudiavi. Johannes Buno in memoriæ ſubſidium Phantaſiam accerſivit imaginibus variis inſtructam, in Memoriali Inſtitutionum, ut & Juris Civilis Romani, quô non ſolum tituli omnes, ſed & præcipuæ leges imaginibus efficta exhibentur. Ita exempli gratiâ Librum 1. ff. depinxit per Arcam, unde per literam initialem A. memoriæ inſinuatur numerus libri primi, quia A. eſt prima litera Alphabeti. Deinde in hâc arcâ apparet aquila, bilancem tenens, quô ſignificatur titulus primus de juſtitia & jure: Nam Aquila per Alpha notat titulum primum, & cum bilancem ſoleat picta Juſtitia tenere manu, per Phantaſiam memoria ſtatim admonetur Juſtitiæ. Simile inſtitutum perſequitur Autor Anonymus Introductionis mnemonicæ, qui ſingulos Inſtitutionum & Pandectarum titulos per eas figuras exhibet, quæ cum ipsâ tituli materiâ manifeſtam aliquam habent

habent ſimilitudinem. Ita ad ff. Libr. 1. tit. 1. eſt Effigies juſtitiæ; ad tit. 3. Tabulæ legis cum litt. SC. ad tit. 4. Rex & Princeps aliquid conſtituentes &c. depicti conſpiciuntur. Nec quisquam inficias iverit, quod memoriam per rerum ideas Phantaſia magnoperè confirmet. Neque enim ulla quisquam certius & diutius retinet animô, quam quæ ſuis oculis ipſe vidit, quia ideas eorum quaſi vivas Phantaſia ipſi etiamnum exhibet, videturque ſibi videre ſemper, quod ſemel vidit. Maximè verò pueris, in quibus Phantaſia præcellit, iſta methodus convenit, & in re Grammaticâ olim hoc ipſum quoque ſum expertus. At verò ludicra non omnibus arrident. Hinc Librorum & titulorum numerum indicare per vocabula certa niſus eſt D. Henricus Schævius in ideâ Jurisprudentiæ Romanæ cum Mnemonicâ Rubricarum, ita tamen ut ſignificatio vocis aliquam connexionem quantumvis etiam remotam cum ipsô titulô juris haberet. Sic titulum de Edendo indicat per vocem Kopff / quia Editio libelli eſt caput proceſſus inchoandi: Titulo de mortuô inferendô addidit vocabulum: Pauper, ſcil. quia mortuus pro paupere eſt habendus: nam nudi in mundum

proditi ſumus, nudi quoque efferimur. Latet autem iniſtis voculis numerus Libri & Tituli. Nam in voce **Ropff**/ prima conſona f. innuit librum 2. & Conſona p. & f. ſignificant titulum 13. juxta Clavem ipſius D. Schævii, quæ in frontiſpiciô titulorum Pandectarum conſpicitur. Tribus autem libris de Legatis nullum vocabulum memoriale affinxit, quoniam facilè memoriâ teneri poterit, quod Libri tres de Legatis ſint 30. 31. & 32. In Codice verò D. Schævius tres poſteriores libros præteriit, fortè quod iſti ad jus publicum Romanum pertineant, adeoque non ſoleant frequenter evolvi. Joh. Serpilius tamen in delin. Jur. p. 49. inf. hanc habet rationem, quod ultimi tres longè poſt primos Novem compoſiti ſint, hincque etiam rarò legantur â Doctoribus: nec ſanè illuſtravit paratitlis ſuis Cujacius plures quam Novem libros. Rubricis Novellarum, Feudalibus & Decreti nulla addita vocabula mnemonevtica, cum iſtæ per ſuum numerum citari ſoleant: nec Volumen Decretalium hôc ſubſidiô indiget, quoniam uniformis iſti per omnes partes eſt ordo, notiſſimô verſiculô vulgatus:

Judex, Judicium, Clerus, Sponſalia,
Crimen.

Con-

Concinnam ejus connexionem exhibuit nuper Excellent. Dn. D. Menckenius in Adminicul. Jur. Quodſi autem alicui D. Schævii inventa, quæ in hôc libello Pandectarum & Codicis titulis appoſita ſunt, tanquam oneroſa memoriæ non placeant, poterit iſta vocabula memorialia (neque enim obtrudimus,) negligere, & ſibi qualemcunque nexum titulorum ſponte ſua fingere, vel etiam, quod optimum factu erit, crebrâ lectione rubricarum & evolutione legum ſedes titulorum memoriæ reddere familiares. Hoc quoad Pandectas facilè poterat fieri, ſi, dum collegia Pandectarum frequentamus, ſæpè recoleremus rubricas, & earum ¦ſenſum ;¦ aut, ſi occaſio ſuppetat, audiremus, forte etiam omnium, rubricarum Juris Civilis, Feudalis & Canonici, ſummariam quandam explicationem, vel, deficiente magiſtrô, percurreremus ipſi propriô Marte, & titulorum ſumma argumenta indagaremus. Eâdem enim operâ ſedes eorundem nobis fieret notiſſima. Atque ea res quidem valdè utilis foret, cum hôc pactô potiſſima juris capita ex ipsô fonte hauriremus. Quare hoc inſtitutum magnopere commendat tyroni-

bus Schrœterus in Inform. jur. univerſi, qui primum annum ſtudii Juridici ferè nulli alii rei, quam huic operæ impendi vult. Imò Mommerius dixit, qui ſolos titulos teneret, eum id poſſe in jure Civili, quod tricesimus quisque Doctor vix præſtiterit, ut Meier. in Coll. Jur. Argent. præfat. ad Lect. commemorat. Quod negotium, ut commodius ſuſcipi & expediri poſſit, Dn. Groſchuffius Bibliopola Lipſienſis, vir honeſtisſimus, præſentem libellum excudi typis publicis curavit. Qui, ſi ad iſtum, quem dixi, finem adhibeatur, & ſenſus rubricarum diligenter à Tyronibus perquiratur, aut privatâ induſtriâ, aut præeunte magiſtrô, non erit is ſine inſigni utilitate, cum omnia Juris univerſi capita ita facilè reddantur tyroni familiaria; ex quô ſolô ſcopo, non autem ex uſu vocabulorum mnemonicorum, quæ nonnullis abſtruſa, monſtroſa & aliena non immeritò videbuntur, præſens opera cenſeri debet. Igitur ſi ad hanc metam aſpirare ritè tentaveris, ſpero, Te, Lector benevole, proprii usûs documentô libellum eſſe commendaturum. Vale.

TITULI

TITULI
INSTITUTIONUM
JURIS.

1. De Juſtitia & jure.
2. De Jure Naturali, Gentium & Civili.
3. De Jure perſonarum.
4. De Ingenuis.
5. De Libertinis.
6. Quibus ex cauſis manumittere non licet.
7. De Lege Fuſia Caninia tollenda.
8. De his, qui ſunt ſui vel alieni juris.
9. De Patria poteſtate.
10. De Nuptiis.
11. De Adoptionibus.
12. Quibus modis jus patriæ poteſtatis ſolvitur.
13. De Tutelis.
14. Qui Teſtamento Tutores dari poſſunt.
15. De Legitima Agnatorum Tutela.
16. De Capitis diminutione.
17. De Legitima Patronorum Tutela.
18. De Legitima parentum Tutela.
19. De Fiduciaria Tutela.
20. De Attiliano Tutore & eo, qui ex Lege Julia & Titia dabatur.
21. De autoritate Tutorum.
22. Quibus modis Tutela finitur.
23. De Curatoribus.
24. De Satisdatione Tutorum vel Curatorum.
25. De Excuſationibus Tutorum vel Curatorum.
26. De Suſpectis Tutoribus vel Curatoribus.

1. De rerum diviſione & acquirendo earum dominio.
2. De rebus Corporalibus & Incorporalibus.
3. De Servitutibus ruſticorum & urbanorum prædiorum.
4. De Uſufructu.
5. De Uſu & Habitatione.
6. De Uſucapionibus & longi temporis præſcriptionibus.
7. De Donationibus.
8. Quibus alienare licet vel non.
9. Per quas perſonas cuique acquiritur.
10. De Teſtamentis ordinandis.
11. De Militari Teſtamento.
12. Quibus non eſt permiſſum facere Teſtamentum.
13. De Exheredatione liberorum.
14. De Heredibus inſtituendis.
15. De vulgari ſubſtitutione.
16. De pupullari ſubſtitutione.
17. Quibus modis teſtamenta infirmentur.
18. De inofficioſo Teſtamento.
19. De Heredum qualitate & differentia.
20. De Legatis.
21. De Ademptione & translatione Legatorum.
22. De Lege Falcidia.
23. De Fideicommiſſariis hereditatibus & ad SCtum Trebellianum.
24. De ſingulis rebus per fideicommiſſum reli-(ctis.
25. De Codicillis.

1. De Hereditatibus, quæ ab inteſtato deferuntur.
2. De Legitima agnatorum Succesſione.
3. De SCto Tertulliano.
4. De SCto Orphitiano.
5. De Succeſſione Cognatorum.
6. De Gradibus Cognationum.
7. De Servili cognatione.
8. De Succeſſione Libertorum.
9. De Aſſignatione Libertorum.
10. De bonorum poſſeſſionibus.
11. De acquiſitione per arrogationem.
12. De eo, cui libertatis cauſa bona addicuntur.
13. De Succeſſionibus ſublatis, quæ fiebant per bonorum venditiones, & ex SCto Claudiano.
14. De Obligationibus.
15. Quibus modis re contrahitur obligatio.

16. De verborum obligationibus.
17. De duobus reis ſtipulandi & promittendi.
18. De Stipulatione Servorum.
19. De diviſione ſtipulationum.
20. De inutilibus ſtipulationibus.
21. De fidejuſſoribus.
22. De Literarum obligatione.
23. De obligationibus ex conſenſu.
24. De emptione & venditione.
25. De Locatione & Conductione.
26. De Societate.
27. De Mandato.
28. De Obligationibus, quæ ex quaſi contractu naſcuntur.
29. Per quas perſonas nobis obligatio acquiritur.
30. Quibus modis tollitur obligatio.

III.

1. De Obligationibus, quæ ex delicto naſcuntur.
2. De vi bonorum raptorum.
3. De Lege Aquilia.
4. De Injuriis.
5. De Obligationibus, quæ ex quaſi delicto naſcuntur.
6. De Actionibus.
7. Quod cum eo, qui in aliena poteſtate eſt, negotium geſtum eſſe dicitur.
8 De noxalibus actionibus.
9. Si quadrupes pauperiem feciſſe dicatur.
10. De his, per quos agere poſſumus.
11. De Satisdationibus.
12. De perpetuis & temporalibus actionibus.
13. De Exceptionibus.
14. De Replicationibus.
15 De Interdictis.
16. De pœna temere litigantium.
17. De Officio judicis.
18. De publicis Judiciis.

3.1

TITULI PANDECTARUM

SEU

DIGESTORUM

CUM

VOCABULIS MNEMONICIS

D. HENRICI SCHÆVII,

Profeſſ. Stet.

C

RUBRICÆ PANDECTARUM

Cum Vocabulis Mnemonicis deſignatore Henrico Schævio, D. & Profeſſ. Stet. Anno 1654.

Evolutio Signaculorum in his eſt.

B. P. W notant .	1.	M.	6.
C. K. Q. X. Z . .	2.	N.	7.
F. V. . . .	3.	R.	8.
G. J	4.	S.	9.
L.	5.	T. D.	0.

Vocales & aſpirata non attenduntur nec eadem Conſona vel Affinis immediate repetita. Igitur, ut D. Schævius in præfatione monet, per Pandectas obſerva Conſonas: per Codicem Vocales, quæ puræ aliter ſignant, quam impuræ. Vocat autem hic Vocalem puram, quam nulla ſequitur Conſona in eâdem Syllabâ. In ff. liber 1. & 43. non niſi titulorum numeros habent. Ubi duæ literæ numerales, prior librum, poſterior titulum notat: ubi tres aut quatuor, duo priores librum exprimunt; excipe 6. ultimos libri 2. Cætera ſuô locô admonebere.

I. PARS.

Τὰ πρῶτα.

Continens præparatoria Judiciorum.

Ne criminarere, Lector, nimis alte has nænias eſſe ſepultas, nosque dum auxilium tibi admolimur,

mur, febricitantium deliramenta propinaſſe; artem oſtentaſſe, occluſiſſe uſum: paradigma applicationis per primum hunc librum habe; in cæteris par adhibe ingenium. Id verò admonebere, ne admittas duas aut plures inventiones pro eodem titulo. Quare convenit, ut peculiari libello perpetuas applicationes inſeras, inventâ vero magis quadrante, ſequiorem exauctores.

Tit. 1. Pie.

De Juſtitia & jure. Adjectum eſt Vocabulum *Pie.* Sola Conſona P. præſuppoſito libro primo hic attenditur, quæ ex præſcripta Clave notat unitatem, Cogita ergo, *Pie* fieri, ubi *Juſtitiæ & juris* habetur ratio.

Tit. 2. Cai.

Hic recordabere *Caji* Cæſaris, imo *Caji* JCti induſtriam quoque & *juri originem* conciliaſſe, eoſque inter *magiſtratus* fuiſſe & inter *Prudentes* enituiſſe.

Tit. 3. Hauffe. *Hic unum F tantum valet.*

Memento, non exiguum *cumulum* Legum eſſe, quippe jam olim trecenta millia Verſuum proſtabant. Acceſſere his *Senatus-Conſulta & Conſvetudines*, quæ bene *longo tempore gaudent* introduci. (da ein Hauffen Zeit zugehöret.)

Tit. 4. AuGe.

Princeps (cujus eſt *conſtitutiones* promulgare) recte dicitur *oculus* Reip.

Tit. 5. auLa.

De *Statu* in *aulis* multa ſolet eſſe diſquiſitio. Unde Stats-Perſonen.

Tit. 6. AMme. *Hic alterum M. ex Regula non valet.*

Nutrices finge non omnino ſui juris eſſe, ſed addictas curæ alumnorum. (quamvis *ſui Juris eſſe* JCtis aliter ſignificet, quod hic non attendimus.)

Tit. 7. aNna.

Id nominis arbitrare eſſe puellæ vel adoptatæ vel emancipatæ, vel patria poteſtate ſolutæ.

Tit. 8. HaaR.

Diviſione ad minutiſſima perductâ, ſubſiſtendum, ne ad non entia res dilabatur, omnesque *qualitates* deperdat. Curioſi hi diviſores Græcis *τριχοτόμοι*, Germ. Haarklauber dicuntur.

Tit. 9. S.

De Senatoribus. Sola litera *S.* in antiquis Scriptionibus Senatorem notat: unde SC. i. e. Senatus-Conſultum.

Tit. 10. PöeTa.

Revoca tibi in memoriam Auſonium, Prudentium aliosque Conſules Romanorum, *Poetas* juxta non incelebres.

Tit. 11. BuBe.

Præfecti Prætorio quoque erat compeſcere tumultuantes circa palatium nebulones, den muthwilligen Buben bey Hofe ſteuren.

Tit. 12.

Tit. 12. BoCk.

Sicut *hircus* male præponitur horto, (per Proverb. den Bock zum Gärtner ſetzen) ita urbi non recte præficitur homo pravus.

Tit. 13. PaVo.

Quæſtores non raro ſolent eſſe nummoſi; Hinc facile ſubrepit ingenium Pavonum.

Tit. 14. PaGe, Gallicè id eſt, Famulus, puer.

Prætor Romanus non ſine famulitio frequenti in publicum prodibat.

Tit. 15. BeiL.

Præfectus vigilum ſecuri de nocte graſſantes percutere fingitur.

Tit. 16. BauM.

Finge, in honorem *Legati* præ foribus ipſius arborem eſſe conſtitutam: quo ritu milites præſidiarii ſolent magnates excipere, lucelli & honoris causâ.

Tit. 17. PœNa.

Præfectus Auguſtalis *pœnas* infligere poterat autoritate ipſius Auguſti.

Tit. 18. BauR.

Male *præſident* ruſtici.

Tit. 19. PaSs.

Omnis *Procurator* (ita & Cæſaris) exhibeat ſuum *procuratorium*. (das gleichſam ſein Paß ſey.)

Tit. 20. CaTo.

Juridicus Alexandrinus non minus ſeverus erat, atque ipſe *Cato*.

Tit. 21. CaPio.

Ille, *cui mandata eſt jurisdictio*, dicit: *Capio* vel *accipio* provinciam.

Tit. 22. CæCi.

Cœcus cœcum ducit, ubi indoctus *Aſſeſſor* rudem informat principem.

TITULI

Præmiſsâ ita Evolutione & applicatione Vocabulorum Mnemonicorum, ſeqvuntur ipſi Tituli Digeſtorum.

(a) *LIB. I.*

Pie	1 De Juſtitia & Jure.
Cai	2. De Origine Juris. Cod. I. Tit. 17.
HauFfe	3. LL. & SCtis. I. 14. 16. VIII. 53.
AuGe	4. Conſtitutionibus Principum. I. 14. 15.
auLa	5. Statu hominum.
AMme	6. His, qui ſui vel alieni Juris. VIII. 47.
aNna	7. Adoptionibus & Emancipationibus. VIII. 48. 49.
HaaR	8. Rerum diviſione.
S	9. Senatoribus. III. 24.
PoeTa	10. Officio Conſulis. XII. 3.
BuBe	11. Officio Præfecti prætorio. I. 26. 27.
BoCf	12. Officio Præfecti Urbis. I. 28.
PaVo	13. Officio Quæſtoris. I. 30.
PaGe	14. Officio Prætorum. I. 39.
BeiL	15. Officio Præfecti Vigilum. I. 43.
BauM	16. Officio Proconſulis. I. 35.
PoeNa	17. Officio Præfecti auguſtalis. I. 37.
BauR	18. Officio Præſidis.
PaS	19. Officio Procuratoris Cæſaris.
CaTo	20. Officio Juridici. I. 57.
CaPio	21. Officio ejus, cui mandata eſt juriſdictio. I. 50.
CœCi.	22. Officio Aſſeſſorum. I. 51.

(a) Hic ſaltem Tituli numerantur, præſuppoſito Libro.

(b) *LIB. II.* I. 2.

KaPpe	1. De Juriſdictione. Cod. III. Tit. 31.
KoCh	2. Quod quisque juris in alterum ſtatuerit, ut ipſe eodem jure utatur.
KaFf	3. Si quis jus dicenti non obtemperaverit.
ZuG	4. De in jus vocando. II. 2.
KehL	5. Si quis in jus vocatus non ierit.
KoMm	6. In jus vocati, ut eant.
KNie.	7. Ne quis eum, qui in jus vocabitur, vi eximat.
KaRe	8. Qui ſatisdare cogantur. II. 57.
KuS	9. Si ex noxali cauſa agatur.
CaPuT	10. De eo, per quem factum erit &c.
CuBeBe	11. Si quis cautionibus in judicio ſiſtendi cauſa factis non obtemperaverit.
CuBiCa	12. De feriis & dilationibus & diverſis temporibus. III. 11. 12.
KoPF	13. De Edendo. II. 1.
Kuh, WieGe	14. De Pactis. III. 3.
ZoBeL.	15. De Tranſactionibus. II. 4. (c)

(b) Dehinc prima Litera librum, ſequentes Titulum denotant.

(c) Peculiare his ultimis ſex voculis eſt, quod ex tribus duæ noviſſimæ conſonantes titulum exhibeant; cum alias in omnibus ſequentibus perpetuum ſit, quod ex tribus aut quatuor duæ priores librum arguant.

LIB. III.

FaBa	1. De Poſtulando. Cod. II. 6.
VaCca	2. De iis, qui notantur infamia. II. 12.
auF auF	3. De Procuratoribus & defenſoribus. II. 12.
FeſGe	4. Quod cujusque Univerſitatis nomine vel contra eam agatur.
FeſLe	5. De negotiis geſtis. II. 19.
FaMa.	6. De Calumniatoribus. IX. 46.

LIB. IV.

GaBe	1. De in Integrum reſtitutionibus Cod. II. Tit. 20. ſeqq.
GeCf	2. De eo, quod metus cauſa geſtum erit. II. 20.
GaFfe	3. De Dolo malo. II. 21.
GeiGe	4. De minoribus 25. annis.
GauL	5. De Capite minutis.
GeMma	6. Ex quibus cauſis majores 25 annis in integrum reſtituantur. II. 54.
GeNu	7. De Alienatione judicii mutandi cauſa facta. II. 55.
æGeR	8. De Receptis, qui arbitrum receperint. II. 56.
GaSſe	9. Nautæ, caupones, ſtabularii, ut recepta reſtituant.

II. Pars.

